Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. Schwarzach 2

[Weissenburg], [zwischen Anfang des 14. Jahrh. und 1509]

In adventu domini Canticum

urn:nbn:de:bsz:31-183785

Visual Library

et excutit manus ſuas ab omni
munere. Qui obdurat aures
ſuas ne audiat ſanguinem
et claudit oculos ne videat
malum. Iſte in excelſis habi
tabit munimenta ſaxorum ſub
limitas eius. panis ei datus
eſt. aque eius fideles ſunt. Re
gem in decore ſuo videbunt.
oculi eius cernent terram de
longe. cor tuum meditabitur ti
morem. cant.
Miſerere domine plebi tue ſu
per quam invocatum eſt nomen
tuum. et iſrael quem coequaſti pri
mogenito tuo. Miſerere civi
tati ſanctificationis tue ierlm.
civitati requiei tue. Reple
ſyon inenarrabilibus virtuti
bus tuis. et gloria tua populum tu
um. Da teſtimonium quia
ab initio creature tue ſunt.
et ſuſcita predicationes quas lo
cuti ſunt in nomine tuo pro
phete priores. Da mercedem
ſuſtinentibus te ut prophete tui fi
deles inveniantur. et exaudi
orationem ſervorum tuorum. Se
cundum benedictionem aaron
da populo tuo. et dirige nos in
viam iuſticie. Et ſciant om
nes qui habitant terram. quia

tu es deus conſpector ſeculorum. In ad
ventu domini cant.
Ecce dominus deus noſter in forti
tudine veniet. et brachium eius
dominabitur. Ecce merces eius
cum eo et opus illius coram illo.
Sicut paſtor gregem ſuum paſcet
in brachio ſuo congregabit agnos et
in ſinu ſuo levabit fetas ipſe por
tabit. Quis menſus eſt pugillo a
quas et celos palmo ponderavit.
Quis appendit tribus digitis
molem terre et libravit in pon
dere montes et colles in ſtatera.
Quis adiuvit ſpiritum domini aut quis
conſiliarius eius fuit et oſtendit illi
cum quo iniit conſilium. Et inſtruxit
eum et docuit eum ſemitam
iuſticie et erudivit eum ſcientia
et viam prudentie oſtendit illi.
Ecce gentes quaſi ſtilla ſitule et quaſi
momentum ſtatere reputate ſunt. Ec
ce inſule quaſi pulvis exiguus et
libanus non ſufficiet ad ſuccen
dendum et animalia eius non ſufficient
ad holocauſtum. Omnes gentes quaſi
non ſint ſic ſunt coram eo et quaſi nichi
lum et inane reputate ſunt ei. cant.
Cantate domino canticum novum
laus eius ab extremis terre.
Qui deſcenditis in mare et plenitudo
eius inſule et habitatores eorum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Levet desertum et civitates eius in domibus habitabit cedar. Laudate habitatores petre de vertice montium clamabunt. Ponent domino gloriam et laudem eius in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur sicut vir preliator suscitabit zelum. Vociferabitur et clamabit super inimicos suos confortabitur. Tacui semper silui patiens fui ut pariens loquar. Dissipabo et absorbebo simul desertos faciam montes et colles et omne gramen eorum exsiccabo. Ponam flumina in insulas et stagna arefaciam. Et ducam cecos in viam quam nesciunt in semitis quas ignoraverunt ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram illis in lucem et prava in recta. Gloria. Alia cantica.

Hec dicit dominus redemptor israel sanctus eius ad contemptibilem animam et abhominatam gentem ad servum dominorum. Reges videbunt et consurgent principes et adorabunt propter dominum quia fidelis est et sanctum israel qui glorificavit te. Hec dicit dominus in tempore placito exaudivi te et in die salutis auxiliatus sum tui. Et servavi te et dedi te in fedus populi mei ut suscitares terram et possideres hereditates dissipatas. Et diceres hiis qui vincti sunt exite et hiis qui in tenebris revelamini. Super vias pascentur et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient neque sitient amplius et non percutiet eos estus et sol quia miserator eorum reget eos et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam et semite mee exaltabuntur.

In nat. domini cant.

Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam habitantibus in regione umbre mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentem, non magnificasti leticiam. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores capta preda quando dividunt spolia. Iugum enim oneris eius, et virgam humeri eius, et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die madian. Quia omnis violenta predatio cum tumultu, et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis. Parvulus enim natus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. Deus fortis pater futuri seculi princeps

+ et filius datus est nobis